

facultatem concessimus sufficientes et de quo fidem indubiam tunc gerebamus, traderet
 seu tradi et consignari faceret, tibi expresse per dictas alias litteras iniungentes, ut
 peccuniis huiusmodi habitis eas nobis seu camere nostre indilate assignare studeres.
 Unde licet, sicut eiusdem marchionis, qui tanquam filius benedictionis et obedientie aposto-
 5 licis paruit indilate exhortationibus, litteris binis dicto decano directis, de quibus sub sigillo
 regentis nostrum camerariatus officium transumptum manu publica confectum tibi destina-
 mus, nobis innotuit, idem marchio pecuniam huiusmodi tibi consignari fecerit, tu tamen
 eandem nobis seu camere memorate mittere nondum curasti neque curas, de quo nedum
 admiramur, sed stupemus supra modum, cum nobis et ipsi camere iuramento tenearis et
 10 non ignores nos iamdiu ad has personaliter Theotonicas devenisse plagas. Quare cum
 camera nostra plus solito inpresentiarum peccuniis exausta oneribus et necessitatibus
 nostris et Romane ecclesie sufficienter providere nequeat, fidelitatem tuam requirimus
 eidem nichilominus per apostolica scripta presentium tenore stricte et sub obedientie et
 iuramenti prestiti et aliis nostro inserendis arbitrio penis precipiendo mandamus, quatenus
 15 prefatos mille et ducentos florenos et alias si quas habeas ad cameram apostolicam pecu-
 nias pertinentes visis presentibus et indilate tute et secure huc mittere et nobis seu ipsi
 camere iuxta tenorem litterarum, quas venerabilis frater noster Guillelmus episcopus
 Lausanensis nostrum camerariatus officium regens tue devotioni dirigit, ulterius consignare
 non differas, cum tibi nullatenus liceat, sciens a certo, quod, si secus quod credere non
 20 valemus egeris, contra te circa personam beneficiaque et bona tua alia procedemus ac
 procedi pro indemnitate dicte camere taliter faciemus, quod ceteris similia presumentibus
 merito transiet in exemplum. Datum Constantie provincie Maguntine non. decembris
 anno quinto.

P. de Magio et coll. per me P. de Trilhia.

25

357.

Weimar, 1414 Dez. 8.

Hdschr.: Gleichzeit. Abschr. Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 33 fol. 130.

*Landgraf Friedrich der Jüngere befiehlt mit Einwilligung der Markgrafen
 Friedrich IV. und Wilhelm II. dem Heinrich von Kolstete sein Geleit zu Großengottern
 30 (Bisschofi[s]guttern) auf ein Jahr vom verflossenen Michaelistage an, also daß er davon
 60 Schock alter Groschen in die Kammer reichen soll. Er soll das Geleit nicht ubirsteigen
 und niemand davon ubirnehmen, sondern es beim alten Herkommen lassen. Datum Wymar
 sabato concepcionis Marie virginis anno domini M° cccc° XIII^{mo}.*

358.

35 *Markgraf Friedrich IV. verschreibt seiner Gemahlin Katharina die Schlösser und Städte Grimma,
 Colditz und Naunhof zu Leibgedinge und bestimmt für den Fall ihrer Wiederverheiratung, daß seine
 Erben sie für 18 000 Rhein. Gulden von ihr lösen können.*

1414.